UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Gordianus M. S Calepodius presb. S. Iob Prop. 10. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Gordianus M. S Calepodius presb.
S.Iob Prop. 10.Mai.

Humilitas.

Lucem intelligentiæ Humilitas a-
perit, ſuperbia abſcendit. Greg.

Præſta quæſumus omnipotens De-
us, vt intercedente B. Gordiano Mar-
tyre tuo, (S Calepodio presb. & M. S.
Iobo Proph.) & à cunctis aduerſis li-
beremur in corpore, & à pravis cogi-
tationibus in mente. Per D. N Ieſum
Chr &c.

Ora pro Paſtoribus animarum, &

1 S. Gordianus M. Rom ſub Iuliano Apoſtata à S. Ianuario, presbytero apud ſe in vinculis detento, Chriſti fidē doctus, vna cum Marina vxore, & 53. familiæ perſonis vtriuſque ſexus, baptizatus Idola conflata pauperibus diſtribuit. A. 262. ſub Alexandro.

2. S. Calepodius presb. M. Romanus, miraculis potens, effecit, vt cum Palmatius Coſ. irrueret ad comprehendendos Calliſtum Pp. &c. Chriſtianos congregatos, cum ſatallitio ex cæcaretur veruntamen nec Calepodium Martyrij palma refugit cum per vrbē tractus eſt, nec Palmatium fides in Chriſtum, cum S Papæ pedibus aduolutus baptiſma & paulo poſt Martyrij Coronam impetrauit Imperante Alexandro eodem.

3. B Iob in Lege Naturæ Propheta, ante Moyſen patientia & ſapientia cum Religione coniuncta toti mundo glorioſus innotuit.